UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Peregrinus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

& ſic habet praxis Curiæ: contrarium tamen tenent Leſſius *l. 2 de iuſt. c. 35. nu. 124. dub. 22.* Suarez, Valentia cum aliis; quia per redemptionē nihil acquiritur, niſi de obligatio ſoluendi quotannis, quod non eſt aliquid ſpirituale. Suadenda nihilominus prima ſententia, *p. 11. t. 5 reſ. 5* quamuis vltima ſit probabilis. *Ibid.*

PENSIONARIVS.

Penſionarii obligatio.

PEnſionarius tenetur ſub mortali recitare officium parvum B. Virginis. *par. 10. tr. 16. reſ. 94.* Et quando reſervatur in commodum vnius, ſed ad vitam alterius, non hic, ſed ille, tenetur ad officium. *p. 10. tr. 26. reſ. 95. q. 2.* Dummodo valor penſionis ſit notabilis qualis requiritur in beneficio ad officium divinum. *Ib. q. 4.* Et omittens officium tenetur ad reſtitutionem ſaltem tertiæ partis. *Ib. q. 5.* Excuſabitur autem ab officio paruo, ſi titulo beneficii recitet magnū. *Ibid. §. Sed ſi quis.*

PERCVSSIO.

Percuſſio levis Clerici quid?

1 PErcuſſio levis Clerici erit, quæ reſpectu percuſſionum mortiferarum, nec eſt enormis, nec mediocris, & quæ non continet gravem iniuriam, licet levis ſit phyſicè. Gravis percuſſio Clerici cenſebitur illa, quæ non eſt levis, neque enormis, de qua iudicabit Epiſcopus, vel Abbas, quibus conceditur in certis caſibus abſolutio. Enormis percuſſio clerici illa dicitur, quæ pervenit ad occiſionem, mutilationem membri, effoſſionem oculi, aut ſi Clericus fiat inutilis ad munus ſuum, aut ſi vulnus notabile inferatur, quod eget remedio Chirurgiæ, aut aliorum medicinalium, vt ſanetur. Item ſi laicus officialis authoritativè percutiat Clericum. Aut ſi quis iniiciat manum in Epiſcopum, Abbatem vel etiam in Priorem, qui eſt caput Monaſterii, vel eſt in eius loco. Item ratione loci, nempe ſi vulneretur Clericus in oculo, vel in facie. Item ratione ſcandali. Item erit enormis ratione irreverentiæ, nempe ſi in conſpectu Prælati, aut Iudicis percutiatur Clericus. Similiter ſi quis percutiatur in Eccleſia, Cæmeterio, dormitorio, vel in platea. Et eodem modo ex facti notorietate, præſertim ſi percutiatur Clericus in magno aliquo concurſu, puta in foro, in magna feſtivitatē, aut nūdinis, vel mercatu celebri. Vide Molinam *tractat. 3. diſp. 37.* Palaum *tom. 6. diſp. 2 punct. 23. §. 4. num. 2.* & alios penes ipſos, *par. 9. tract. 4 reſ. 45.*

Quid in dubio, an gravis, aut levis?

4 In dubio, an percuſſo Clerici ſit gravis vel levis, iudicanda eſt gravis. Ita Molina *diſp. 57. num. 3.* Saytus *de cenſur. lib. 3. cap. 28 numero 8.* Suarez *diſput. 22. ſect. 1. numero 88.* & alii: ne ſcilicet detur occaſio lædendi ſtatum Eccleſiaſticum; ſicque deciditur in Extravag. Ioann. XXII. Sed his non obſtantibus, contrarium tenet Bordonus *in Conſil. Regul. tom. 1. reſolut. 38 numero 45.* Quia in dicta Extravag. *Pralectis.* non continetur, ait, præceptum, ſed conſilium. Verum quia affirmativam ſententiam tenent communiter Doctores, non audeo ab illis diſcedere *part. 9. tr. 4. reſ. 46.*

3 Percuſſio Clerici ſuperioris, præter malitiam contra Religionem, continet etiam malitiam impietatis. Sic Oviedo *in 1. 2. D. Thom. tractat. 6. contra 5. punct. 3. § 5. numero 47. & 48.* Quia ſuperiores religioſi non ſolùm ſunt Patres ſpirituales, ſed etiam ſunt loco Patrum carnalium in rebus temporalibus. *par. 9. tractat. 4. reſ. 28.*

PEREGRINVS.

Peregrinus non tenetur ad leges loci, in quo non intendit manere vltra ſemeſtre.

1 PEregrinus ſecundum Pontium *libro 5. cap. 7. §. 1. num. 6.* tenetur legibus, & conſuetudinibus loci, in quo reperitur, abſque diſtinctione: ſecundum Angles *in 4 quæſt. 4. ante dub. 1. diff. 2.* è contra, tunc ſolùm tenetur, cùm per-

petuum

petuum ſibi domicilium in eo loco decernit Lesſius *lib. 4. cap. 2. dub. 8. n. 51.* teneri putat, vbicunque manet per aliquot dies Sanchez denique *de matrim. to. 1. lib. 3. diſp. 19 n. 9.* vbi habet intentionem manendi pro maiori anni parte.

Preterquã in certis caſibus.

(Et ſi cum hac intentione accedens, mutatus poſtea decerneret brevi diſcedere, non ob id teneri, addit Sancius *in ſelect. diſp. 54 n. 5. reſ. 2.* in fine.) Ex quibus opinionibus prima eſt nimis rigida, ſicut etiam tertia: ſecunda nimis laxa: tertia probabilior *p. 1. tr. 10. reſ. 15.* Niſi, quòd in certis caſibus tenetur peregrinus ſe conformare legibus & conſuetudinibus loci, etiam vbi per modicum tempus reperitur. (*p. 1. tr. 9. reſ. 1. §. Notãdum eſt,*) vt in contractuum ſolemnitatibus, aut quando non obſervantia vergeret in damnum illius loci, &c. & proculdubio tenetur ſervare leges communes, quæ etiam obligant in loco domicilii *to. 1. tr. 2. diff. 33. Ib. to. 10. reſ. 13.* in fine. Quãvis Sancius excuſet peregrinantem ad loca ſacra, etiam à ieiuniis iuris communis, vt dictum eſt V. *Ieiunium, n. 33.* Quid autem dicendum, ſi ieiunium ſervandũ ſit in loco diverſorii, & etiam domicilii, vtrobique tamen de mandato Epiſcopi, & an idem dicendum de vagis. Vide V. *Lex, à n. 11.*

Quod applica Panormitanis divertentibus in æſtate ad Vrbem Mõtis Regalis.

2 Infertur ex dictis pro praxi, quod Panormitani, qui in æſtate in Montis Regalis Civitatem ſe transferunt, animo redeundi infra paucos menſes, non tenentur ſervare feſta, iejunia, & alias leges illius Vrbis, ✠ præterquam in cõtractuum ſolemnitatibus, & quando id exigit bonum illius Civitatis. ✠ *p. 1. tra. 10. reſ. 13.* propè finem.

3 An verò domicilii legibus teneantur.

3 An autem peregrini teneantur legibus domicilii, dictum eſt V. *Lex, à nu. 10.* Sanè nos V. *Abſoluere num 9.* diximus eum, qui in aliam diœceſim ſe ſe appoſitè transferret, vt ibi à reſervato ſuæ diœceſis abſolvatur, non poſſe ibi abſolui, &c. quod nunc invenimus declaraſſe Sacram Congregationem anno 1616. apud Zambellum V. *Caſus reſervati, num. 26.* Licet Bauny. noviſſimè contrarium teneat *part. 6. tract. 7, reſ. 57.* Et idem declaravit Sacra Congregatio de illis, qui ex Italia v. g. in Galliam proficiſcerentur, vt ibi contraherent matrimonium abſque præſentia Parochi, vt dictum eſt V. *Impedimenta, n. 23.* Poſſunt verò peregrini frui privilegiis patriæ; etiam contra ius commune, vt dictum eſt V. *ieiunium, n. 34.*

Et priuilegiis frui poſſint.

Peregrini ubi ſepeliendi.

4 Peregrinus abſque electione ſepulturæ decedens, ſi commodè poteſt, transferri debet in ſepulturam maiorum ſuorum: ſecus ſepeliri in Parochia, in qua Sacramenta recepit, & diem clauſit, non in Cathedrali, in qua divina officia audire debeat, vt ait Zarabella *conſ. 40. numero 1.* quia ſepultura magis accedit ad Sacramentorum, quàm ad Officiorum divinorum communionem. Molfeſius *to. 2. ar. 13. c. 8. n. 30 p. 5. tr. 3. reſ. 113.*

5 Peregrinus colloquens cum moniali exempta incurrit excommunicationem Epiſcopalem, ſi lata eſt. *part. 10. tract. 4. reſ. 55.* in fine.

PERICVLVM.

Periculo peccandi ſe exponẽs, & ſtatim peccans, nõ committit duo peccata.

1 ✠ PEriculum peccandi eadem obligatione vitare tenemur, qua & peccatum ipſum ✠ Vnde, ſi inter expoſitionem periculi, & peccatum inde ſecutum non interceſſit mora notabilis, non peccavit ſe exponens duplex peccatum diſtinctum. Si verò interceſſit mora notabilis, ſunt duo peccata eiuſdem ſpeciei, diſtinctè confitenda: Ita Sanchez *ſum. to. 1. lib. 1. cap. 8. num. 4. p. 1. tr. 7. reſ. 44.*

An liceat ob aliquod ingens bonum ducere uxorẽ hæreticã?

2 Cæterùm, ſe exponere periculo peccandi non eſt ita intrinſecè malum, ait Pontius *Append. cap. 6.* vt aliqua iuſta cauſa iuſtificari non poſſit. Licitum enim eſt, ſi talis cauſa adſit, ſive in magnum bonum ſpirituale, ſive temporale. Nec requiritur, vt cauſa ſit ſemper involuntaria, aut ex neceſſitate proveniens; ſed ſatis eſt, etiamſi ſit voluntariè quæſita. Et ratio eſt: quia in tali caſu non amatur periculum, ſed illud in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN